

ab Agnonide<sup>1</sup> accusatus, quòd Piræum Nicanori prodidisset, ex consilii sententiâ in custodiam coniectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus, fieret iudicium.

## CAPÍTULO IV.

Focion condenado á muerte : unos esclavos le dan sepultura.

Huc ubi perventum est, quum propter ætatem pedibus jam non valeret, vehiculoque portaretur, magni concursus sunt facti, quum alii, reminiscetes veteris famæ, ætatis misererentur, plurimi verò irâ exacerentur<sup>2</sup> propter proditiõnis suspiciõnem Piræi, maximè que quòd adversus populi commoda in senectute steterat. Quâ de re ne perorandi quidem ei data est facultas et dicendi causam. Inde iudicio, legitimis quibusdam confectis<sup>3</sup>, damnatus, traditus est undecimviris<sup>4</sup>, quibus ad supplicium, more Atheniensium, publicè damnati tradi solent. Hic quum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrymans dixisset : « O quam indigna perpeteris, Phocion ! » huic ille, « At non inopinata, inquit; hunc enim » exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. »

<sup>1</sup> *Agnonide*. Ateniense, grande enemigo de Focion.

<sup>2</sup> *Legibus*. Segun las leyes de la república.

<sup>3</sup> *Exacerentur*. Se incitasen de nuevo.

<sup>4</sup> *Legitimis quibusdam confectis*. Habiendo practicado algunas formalidades legales.

<sup>5</sup> *Undecimviris*. Una junta de once hombres, á cuyo cargo estaba conducir los reos al cadalso ó suplicio.

in hoc<sup>1</sup> tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire : itaque a servis sepultus est.

## XX.

## TIMOLEON,

## CORINTIO.

## CAPÍTULO I.

Timoleon hace dar la muerte á su hermano Timófanes, el cual se habia hecho tirano de Corinto.

Timoleon, Corinthius. Sine dubio magnus, omnium iudicio, hic vir exstitit. Namque huic uni contigit quod nescio an ulli, ut et patriam, in quâ erat natus, oppressam a tyranno<sup>2</sup> liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio erat missus; inveteratam servitutem depelleret, totamque Siciliam multos annos bello vexatam, a barbarisque<sup>3</sup> oppressam, suo adventu in pristinum restitueret. Sed in his rebus, non simplici fortunâ conflictatus est<sup>4</sup>; et, id quod difficilius putatur, multò sapientiùs tulit secundam quàm adversam

<sup>1</sup> *In hoc*. Modo de hablar de Nepote, por *in hunc*.

<sup>2</sup> *Tyranno*. Timófanes su hermano mayor.

<sup>3</sup> *Barbaris*. Los Cartagineses en tiempo de los Dionisio mayor y menor.

<sup>4</sup> *Non simplici fortunâ conflictatus est*. No fué igual ó uniforme, fué varia la fortuna que corrió.

fortunam : nam , quum frater ejus Timophanes , dux a Corinthiis delectus , tyrannidem per milites mercenarios <sup>1</sup> occupasset , particepsque regni posset esse , tantum abfuit a societate sceleris , ut antetulerit suorum civium libertatem fratris salutem , et parere legibus quam imperare patriæ satius duxerit . Hac mente , per haruspicum <sup>2</sup> communemque affinem <sup>3</sup> , cui soror , ex eisdem parentibus nata , nupta erat , fratrem tyrannum interficiendum curavit . Ipse non modò manus non attulit , sed ne aspicere quidem fratrum sanguinem voluit . Nam , dum res conficeretur , procul in præsidio <sup>4</sup> fuit , ne quis satelles <sup>5</sup> posset succurrere . Hoc præclarissimum ejus facinus non pari modo probatum est ab omnibus : nonnulli enim læsam ab eo pietatem putabant , et invidiâ laudem virtutis obterebant <sup>6</sup> . Mater verò , post id factum , neque domum ad se filium admisit , neque adspexit , quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret . Quibus rebus adeo ille est commotus , ut nonnunquam vitæ finem facere <sup>7</sup> voluerit , atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere .

<sup>1</sup> Mercenarios. Venales, asalariados.

<sup>2</sup> Haruspícem. Agorero, ó intérprete de buenos y malos agüeros en las víctimas.

<sup>3</sup> Communemque affinem. Pariente de ambos hermanos.

<sup>4</sup> In præsidio. En el cuerpo de guardia.

<sup>5</sup> Ne quis satelles. Para que ninguno de los soldados.

<sup>6</sup> Obterebant. Deprimian.

<sup>7</sup> Vitæ finem facere. Matarse.

## CAPÍTULO II.

Timoleon , despues de haber echado á Dionisio de la Sicilia , le envia á Corinto ; triunfa de Hicetas , pone en fuga á los Cartagineses , y hace prisionero á Mamerco . ( Año 4 de la olimpiada cxiij , 543 antes de J. C. )

Interim , Dione <sup>1</sup> Syracusis interfecto , Dionysius rursus Syracusarum politus est . Cujus adversarii opem a Corinthiis petierunt , ducemque quo in bello uterentur , postularunt . Huc <sup>2</sup> Timoleon missus , incredibili felicitate Dionysium totâ Siciâ depulit . Quum interficere posset , noluit ; tutòque ut Corinthum perveniret , effecit ( quòd utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii sæpe adjuti fuerant ; cujus benignitatis memoriam volebat exstare ) ; eamque præclaram victoriam ducebat , in quâ plus esset clementiæ quam crudelitatis : postremò , ut non solùm auribus acciperetur , sed etiam oculis cerneretur <sup>3</sup> , quem , et ex quanto regno , ad quam fortunam detrusisset <sup>4</sup> . Post Dionysii decessum , cum Hicetâ <sup>5</sup> bellavit , qui adversatus fuerat Dionysio ; quem non odio tyrannidis dissensisse , sed cupiditate , indicio fuit , quòd ipse , expulso Dionysio , imperium dimit-

<sup>1</sup> Dione. Véase su vida.

<sup>2</sup> Huc. A Siracusa.

<sup>3</sup> Oculis cerneretur. Hubiese testigos oculares ó de vista.

<sup>4</sup> Ad quam fortunam detrusisset. A qué estado le habia reducido , hasta qué punto le habia humillado . En realidad Dionisio paró en maestro de niños en Corinto .

<sup>5</sup> Hicetâ. Competidor de Dionisio .

tere noluit. Hoc superato, Timoleon maximas copias Carthaginiensium apud Crimissum<sup>1</sup> flumen fugavit, ac satis habere coegit<sup>2</sup>, si liceret Africam obtinere<sup>3</sup>, qui jam complures annos possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam Mamercum<sup>4</sup>, italicum ducem, hominem bellicosum et potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

## CAPÍTULO III.

Timoleon hace dimision del mando, despues de haber restablecido el órden en la isla.

Quibus rebus confectis, quum, propter diurnitatem belli, non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret, conquisivit quos potuit primum Siculos; deinde Corintho recessivit colonos, quod ab his initio Syracusæ erant conditæ. Civibus veteribus sua restituit; novis bello vacuefactas<sup>5</sup> possessiones divisit; urbium mœnia disjecta, fanaque deserta refecit; civitatibus leges libertatemque reddidit; ex maximo bello tantum otium toti insulæ conciliavit, ut hic conditor urbium earum, non illi qui initio deduxerant<sup>6</sup>, videretur. Arcem Syracusis, quam

<sup>1</sup> *Crimissum*. Rio de Sicilia.

<sup>2</sup> *Satis habere coegit*. Los forzó á tenerse por dichosos.

<sup>3</sup> *Si liceret Africam obtinere*. En no perder ó en mantener el Africa. *Obtinere Africam*, puede tambien significar en llegar al Africa.

<sup>4</sup> *Mamercum*. Tirano de Catania.

<sup>5</sup> *Vacuefactas*. Sin dueños.

<sup>6</sup> *Qui initio deduxerant*. Que condujeron las primeras colonias, los primeros pobladores.

muniverat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disjecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est; deditque operam ut quàm minimè multa vestigia servitutis manerent. Quum tantis esset opibus, ut etiam invictis imperare posset, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut, nullo recusante, regnum obtineret, maluit se diligenti quàm metui. Itaque, quum primum potuit, imperium deposuit; et privatus Syracusis, quod reliquum vitæ fuit, vixit. Neque verò id imperitè<sup>1</sup> fecit: nam, quod ceteri reges imperio vix potuerunt, hic benevolentiam tenuit. Nullus honos huic defuit; neque postea Syracusis res ulla gesta est publicè, de quâ priùs sit decretum, quàm Timoleonis sententiâ cognitâ. Nullius unquam consilium non modò antelatum, sed ne comparatum quidem est. Neque id magis benevolentiam factum est, quàm prudentiam<sup>2</sup>.

## CAPÍTULO IV.

Timoleon, habiendo perdido la vista, continúa no obstante en tomar parte en los negocios del Estado.

Hic quum ætate jam proventus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit. Quam calamitatem ita moderatè tulit, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eò minùs privatis publicisque

<sup>1</sup> *Imperitè*. Sin acuerdo, inconsideradamente.

<sup>2</sup> *Neque id magis benevolentiam factum est, quàm prudentiam*. Ni este aprecio (de su consejo) dependia mas de lo bien querido que era, que de su prudencia.

rebus interfuerit. Veniebat autem in theatrum<sup>1</sup>, quum ibi concilium populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis<sup>2</sup>; atque ita de vehiculo<sup>3</sup>, quæ videbantur, dicebat; neque hoc illi quisquam tribuebat superbia. Nihil enim unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit: qui quidem, quum suas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quàm se in eâ re maximas diis gratias agere atque habere, quòd, quum Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent. Nihil enim rerum humanarum sine deorum numine<sup>4</sup> geri putabat: itaque suæ domi sacellum *αὐτοματίας*<sup>5</sup> constituerat; idque sanctissimè colebat.

## CAPÍTULO V.

Paciencia de Timoleon: su muerte. (Año 4 de la olimpiada cx, 557 antes de J. C.)

Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus; nam prælia maxima natali die suo fecit omnia: quo factum est, ut ejus diem natalem festum haberet universa Sicilia. Huic quidam Lamestius, homo petulans<sup>6</sup> et ingratus, vadimonium

<sup>1</sup> *In theatrum.* A las juntas ó asambleas del pueblo.

<sup>2</sup> *Jumentis junctis.* En una litera.

<sup>3</sup> *De vehiculo.* Desde la litera.

<sup>4</sup> *Sine deorum numine.* Sin providencia de los dioses.

<sup>5</sup> *Αὐτοματίας.* De la Fortuna, á la cual parece estaba dedicado el oratorio.

<sup>6</sup> *Petulans.* Arroiado.

quum vellet imponere<sup>1</sup>, quòd cum illo se lege agere<sup>2</sup> diceret, et complures concurrissent, qui procacitatem<sup>3</sup> hominis manibus coercere<sup>4</sup> conarentur, Timoleon oravit omnes ne id facerent: namque id ut Lamestio ceterisque liceret, se maximos labores summaque adiisse pericula: hanc enim speciem libertatis<sup>5</sup> esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Idem, quum quidam Lamestii similis, nomine Demænelus, in concione populi de rebus gestis ejus detrahere cœpisset, ac nonnulla inveheretur<sup>6</sup> in Timoleonta, dixit nunc demum se voti esse damnatum<sup>7</sup>; namque hæc a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in quâ cuius liceret, de quo vellet, impunè dicere. Hic quum diem supremum obiisset, publicè a Syracusanis in gymnasio<sup>8</sup>, quod *Timoleonteum* appellatur, totâ celebrante Sicilia, sepultus est.

<sup>1</sup> *Vadimonium quum vellet imponere.* Queriendo citarle para que compareciese en juicio.

<sup>2</sup> *Lege agere.* Obrar fundándose en la ley.

<sup>3</sup> *Procacitatem.* Atrevimiento.

<sup>4</sup> *Manibus coercere.* Echar las manos para contenerle.

<sup>5</sup> *Speciem libertatis.* Prueba auténtica de que hay libertad.

<sup>6</sup> *Nonnulla inveheretur.* Haciendo algunas invectivas.

<sup>7</sup> *Se voti esse damnatum.* Que habia llegado al colmo de sus deseos. *Damnare aliquem voti, vel voto,* es condenar á alguno á que cumpla lo que ofreció, por cuanto alcanzó la cosa para cuyo logro hizo el voto. Este es el sentido; pero la frase castellana es la que se ha puesto.

<sup>8</sup> *In gymnasio.* En la academia, que fundó él mismo, ó que él restableció, ó que fué erigida despues de su muerte, dándole su nombre.